

# Notes du mont Royal



[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

Ν Τ Τ

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ

ΙΣΤΟΡΙΑ.

HERODOTI

HALICARNASSENSIS

HISTORIA.

EX EDITIONE JACOBI GRONOVII;

TOMIS NOVEM.

COELATUMQUE NOVEM MUSIS OPUS. HOC.

ADJECTUS EST, EX EADEM EDITIONE, LIBER DE  
VITA HOMERI; VULGO SED FALSO, ADSCRIPTUS  
HERODOTO.

TOM. III.

GLASGUAE:  
IN AEDIBUS ACADEMICIS  
EXCUEDEBANT ROBERTUS ET ANDREAS FOULIS  
ACADEMIAE TYPOGRAPHI

M DCC LXI.





ΤΩΝ ΤΟΥ  
ΗΡΟΔΟΤΟΥ  
ΙΣΤΟΡΙΩΝ  
ΤΡΙΤΗ,  
ΕΠΙΓΡΑΦΟΜΕΝΗ  
ΘΑΛΕΙΑ.

HERODOTI  
HISTORIARUM  
LIBER TERTIUS,  
QUI INSCRIBITUR  
THALIA.

TOM. III.

A

ΤΩΝ ΤΟΥ

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΡΙΤΗ,

ΕΠΙΓΡΑΦΟΜΕΝΗ

ΘΑΛΕΙΑ.

ΕΠΙ τѣτvτον δὴ τὸν Ἀμασιν Καμβύσης δὲ  
Κύρος ἐσρατεύετο, ἄγων καὶ ἄλλος τῶν ἡρ-  
χεῖ, καὶ Ἐλλήνων Ιωνᾶς τε καὶ Αἰολέας, δὲ  
αὐτίκην τοιήδε. Πέμψας Καμβύσης ἐς Αἴ-  
γυπτῖον κήρυκα, αὖτε Αμασιν θυγατέρα.  
αὖτε δὲ ἐκ βουλῆς ἀνδρὸς Αἴγυπτίου, ὃς  
μεμφόμενος Αμασιν, ἐπρηζε ταῦτα, ὅτι  
μιν ἔξ ἀπάρτων τῶν ἐν Αἴγυπτῳ ἵητρῶν  
ἀποσπάσας ἀπὸ γυναικός τε καὶ τέκνων,  
ἐκδοτον ἐποίησε ἐς Πέρσας, ὅτε Κῦρος  
πέμψας παρὰ Ἀμασιν αὖτε ἵητρὸν ὁφ-  
θαλμῶν, ὃς εἴη ἄριστος τῶν ἐν Αἴγυπτῳ.

H E R O D O T I

H I S T O R I A R U M

L I B E R T E R T I U S,

Q U I I N S C R I B I T U R

T H A L I A.

ADVERSUS hunc Amasin CAMBYSES Cyri filius, comparato cum ex aliis quibus imperabat, tum ex Graecis Ionibus Aeolensibusque exercitu, bellum movit ob hanc caussam. Misso in Aegyptum legato, Cambyses petiit ab Amasi filiam; et petiit consilio cuiusdam Aegyptii, qui Amasi erat infensus, quod se potissimum ex omnibus Aegypti medicis Amasis ab uxore et liberis abstraxisset, amandando in Persas, quo tempore Cyrus ad Amasin miserat petitum ocularium medicum, omnium qui in Aegypto essent praestantissi-

mum. Ob id infensus Amasi ille Aegyptius, institit suadere Cambysi ut ab Amasi filiam peteret ; ut ille aut moerore afficeretur data filia, aut non data, Cambysi redderetur invisus. Amasis Persarum potentiam exosus horrensque eam nec dare audebat, nec abnuere. nam Cambyses intelligebat non habiturum illam uxoris loco, sed pellicis. Haec reputans, ita sibi faciendum statuit. Erat Apriae superioris regis filia, nomine Nitetis, unica domi relicta, grandis admodum atque speciosa. Hanc puellam Amasis vestitu pariter et auro exornatam, pro sua filia in Persas dimittit. Quam quum post aliquantum tempus Cambyses salutasset filiam Amasis appellans, ipsa ad eum, ‘ Rem, ‘ inquit, rex, ignoras, ab Amasi elusus, ‘ qui me ornatu comptam tibi transmisit, ‘ tradens pro sua filia, quum revera sim

ταῦτα δὴ ἐπιμεμφόμενος ὁ Αἰγύπτιος, ἐνῆ-  
γε τῇ συμβουλῇ <sup>α</sup>, κελεύων αὐτέσιν τὸν  
Καμβύσεα Αμασίν θυγατέρα· ἵνα ἡ δὸς  
ἀνιῶτο, ἡ μὴ δοὺς, Καμβύση ἀπέχθοιτο.  
ὁ δὲ Αμασίς τῇ δυνάμει τῶν Περσέων ἀχ-  
θόμενος καὶ ἀρρώδεων, οὐκ ἔιχε οὔτε δοῦνας  
ἢτε ἀρνήσασθαι. εὖ γὰρ ἦπισατο ὅτι οὐχ  
ώς γυναικά μιν ἔμελλε Καμβύσης ἔξειν,  
ἀλλ' ως παλλακήν. ταῦτα δὴ ἐκλογιζό-  
μενος, ἐποίησε τάδε <sup>β</sup>. ἦν Απρίεω τῷ προ-  
τέρῳ βασιλέος θυγάτηρ κάρητα μεγάλη τε  
καὶ εὐειδῆς, μάνη τῷ οἴκου λελειμμένη. οὐ-  
νομα δέ οἱ ἦν Νίτητις. ταύτην δὴ τὴν  
πᾶντα ὁ Αμασίς κοσμήσας ἐσάρτη τε καὶ <sup>γ</sup>  
χρυσῶ, ἀποπέμπει ἐς Πέρσας ως ἐωὕτῳ  
θυγατέρα. μετὰ δὲ χρόνον ως μιν ἤσπά-  
ζετο, πατρόθεν οὐνομάζων, λέγει πρὸς  
αὐτὸν ἡ παῖς, ‘Ω βασιλεῦ, διαβεβλημέ-  
νος ὑπὸ Αμάσιος ὁ μανθάνεις, ὃς ἐμέ σοι  
κόσμω ἀσκήσας ἀπέπεμψε, ως ἐωὕτου  
θυγατέρα διδός, ἐῆσαν τῇ ἀληθηΐῃ Α-

<sup>α</sup> συμβούλη. <sup>β</sup> ἐποίησε ταῦτα. <sup>γ</sup> ισθῆτι γ.

· πρίεω· τὸν ἔκεινος ἔόντα ἐωὕτῷ δεσπό-  
 · τεα, μετ' Αἴγυπτίων ἐπανασάς ἐφό-  
 · νευσε.' τοῦτο δὴ τὸ ἔπος καὶ αὗτη ἡ αὐ-  
 τίη ἐγγινομένη ἦγαγε Καμβύσεα τὸν Κύ-  
 ρον, μεγάλως θυμωθέντα, ἐπ' Αἴγυπτον.  
 Ὅτω μέν νυν λέγυσι Πέρσαι.

β'. Αἰγύπτιοι δὲ οἰκειεῦνται Καμβύσεα·  
 φάμενοι μιν ἐκ ταύτης δὴ τῆς Απρίεω  
 θυγατρὸς γενέσθαι· Κύρον γάρ εἶναι τὸν  
 πέμψαντα παρὰ Αμασιν ἐπὶ τὴν θυγα-  
 τέρα, ἀλλ' ὃ Καμβύσεα. λέγοντες δὲ ταῦ-  
 τα, όχι ὄρθως λέγυσι. οὐ μὴν οὐδὲ λέληθε  
 αὐτὸς (εἰ γάρ τινες καὶ ἄλλοι, τὰ Περ-  
 σέων νόμιμα ὄρθως ἐπιτέλεαται καὶ Αἰγύ-  
 πτιοι) ὅτι πρῶτα μὲν νόθον οὐ σφι νόμος  
 ἐσὶ βασιλεῦσσαι, γνησία παρεόντος· αὖθις  
 δὲ, ὅτι Κασανδάνης <sup>a</sup> τῆς Φαρνάσπεω  
 θυγατρὸς ἦν παῖς Καμβύσης, ἀνδρὸς Α-  
 χαμενίδεω, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῆς Αἴγυπτί-  
 ης. ἀλλὰ παρατρέπεται τὸν λόγον, προσ-  
 ποιεύμενοι τῇ Κύρου οἰκήη συγγενέες εἶ-

<sup>a</sup> Κασανδάνης, sed MS. semper geminat literam tertiam.



‘Apriae filia, quem ille dominum suum  
‘cum Aegyptiis rebellans interemit.’ Hic  
sermo et haec caussa exorta Cambysen  
Cyri filium vehementer indignatum im-  
pulit adversus Aegyptum. Atque ita qui-  
dem memorant Persae.

2. Aegyptii autem Cambysen suum  
vendicant asseverantes ex hac Apriae fi-  
lia illum esse genitum : Cyrum enim fu-  
isse qui ad Amasin miserit super filia, non  
Cambysen. Quod quum dicunt, non rec-  
te dicunt. Evidem eos hoc non latet  
(nam siqui alii, profecto et Aegyptii recte  
notunt mores Persarum) apud eos primo  
vetari lege spurium regnare, si adsit legi-  
timus. Praeterea Cassandanes filius erat  
Cambyses, Pharnaspe viro Achaemenida  
genitae, non mulieris Aegyptiae. Sed Ae-  
gyptii historiam invertunt, fingentes sibi  
cum Cyri familia intercedere cognatio-

nem. et haec quidem ita habent.

3. Ceterum ille etiam sermo ja<sup>c</sup>tatur, mihi quidem non probabilis; mulierem quandam Persidem ad uxores Cyri introgressam, quum liberos Cassandanae assidentes forma ac statura egregia conspicaretur, supra modum admirabundam magnis tulisse illam laudibus: eique Cassandanen Cyri uxorem ita dixisse, ‘Me, ‘quae talium filiorum sum mater, Cyrus ‘contemptui habet, illam vero ex Aegypto adquisitam aestimat.’ At illam infensam Niteti ista dixisse: et majore natu filium Cambysen ei subjecisse, ‘Ego ‘vero, mater, quum in virilem aetatem ‘adolevero, summa Aegypti reddam ima, ‘et ima, summa:’ eaque dixisse ipsum circiter decem natum annos, admirantibus mulieribus. Et quum in virilem adolevisset aetatem, et regnum obtinuisset, hujus rei memorem, Aegypto bellum intulisse.

ναι. καὶ ταῦτα μὲν ὥδε ἔχει.

γ'. Λέγεται δὲ καὶ ὥδε λόγος, ἐμοὶ μὲρού πιθανός· ως τῶν Περσίδων γυναικῶν εἰσελθόσα τις<sup>b</sup> παρὰ τὰς Κύρου γυναικας, ως εἶδε τὴν Κασανδάνη παρεσεῶτα τέκνα εὐειδέα τε καὶ μεγάλα, πολλῷ ἔχρατο τῷ ἐπαίνῳ, ὑπερθωύμαζουσα. ή δὲ Κασανδάνη, ἐοῦσα τοῦ Κύρου γυνὴ, εἶπε τάδε· ‘Τοιῶνδε μέντοι ἐμὲ παίδων μητέρα ἐούσαν Κύρος ἐν ἀτιμίῃ ἔχει· τὴν δι' ἀπ' ‘Αἰγύπτις ἐπίκλητον ἐν τιμῇ τιθεῖται.’ τὴν μὲν ἀχθομένην τὴν Νιτῆτι εἰπεῖν ταῦτα. τῶν δὲ οἱ παίδων τὸν πρεσβύτερον εἰπεῖν Καμβύσεα, ‘Τοιγάρ τοι, ὦ μῆτερ<sup>c</sup>, ἐπε-‘ ἀν ἐγώ γένωμαι ἀνήρ, Αἰγύπτις τὰ μὲν ‘ἄνω, κάτω θήσω· τὰ δὲ κάτω, ἄνω.’ ταῦτα εἰπεῖν αὐτὸν ἔτεα ως δέκα κου γεγονότα, καὶ τὰς γυναικας ἐν Θωύματι γενέαθας· τὸν δὲ, διαμνημονεύοντα, γέτω δὴ, ἐπεί τε ἀνδρώθη, καὶ ἔσχε τὴν βασιληΐην, ποιήσαθαι τὴν ἐπ' Αἴγυπτον σρατιήν.

<sup>b</sup> ἀσελθόσα τις. <sup>c</sup> τοιγάρ, ὦ μῆτερ.

δ. Συνήνεκε δὲ καὶ ἄλλό τι τούτῳ  
 πρῆγμα γενέσθαι ἐς τὴν ἐπισράτευσιν ἢ  
 ταῦτην. ἦν τῶν ἐπικύρων Αμάσιος ἀνὴρ  
 γένος μὲν Ἀλιχαρηστεὺς, σύνομα δέ οἱ  
 Φάνης, καὶ γυνώμην ἴκανὸς, καὶ τὰ παλευτικὰ εἰ  
 ἄλκιμος. Ὅτος δὲ Φάνης μεμφόμενός καὶ τὸ  
 Αμάσι, ἐκδιδρήσκει πλοίῳ ἐξ Αἴγυπτου,  
 βιβλόμενος Καμβύση ἐλθεῖν ἐς λόγυς. οἵα  
 δὲ ἔόντα αὐτὸν ἐν ταῖσι ἐπικύροισι λόγῳ ψ  
 μικρῷ, ἐπιτάμενόν τε τὰ περὶ Αἴγυπτον  
 ἀτρεκέστατα, μεταδιώκει ὁ Αμασίς σπουδὴν  
 ποιεύμενος ἐλθεῖν. μεταδιώκει δὲ, τῶν εὐ-  
 θύχων τὸν πιστότατον ἀποσείλας τριήρην  
 κατ' αὐτὸν, ὃς αἱρέει μιν ἐν Λυκίῃ, ἐλών  
 δὲ, οὐκ ἀνήγαγε ἐς Αἴγυπτον· σοφίη γάρ  
 μιν περιῆλθε ὁ Φάνης. καταμεθύσας γάρ  
 τὸς Φυλάκως, ἀπαλλάσσετο ἐς Πέρσας.  
 ὡρμημένω δὲ Καμβύση σρατεύεσθαι ἐπ’  
 Αἴγυπτον, | καὶ ἀπορέοντι τὴν ἐλασμὸν ὅκως  
 τὴν ἄνυδρον διεκπερᾶν | ἐπελθὼν φράζει μὲν  
 καὶ τἄλλα τὰ Αμάσιος πρῆγματα· ἐξηγεῖ-  
 \* τὴν σράτευσιν. \* πολίμων. ἐ τριήρης.

4. Accessit huc et aliud quiddam, ad hanc sumendam expeditionem. Erat quidam auxiliariorum Amasis, nomine Phanes, genere Halicarnassensis, vir consilio praestans, et in re bellica strenuus. hic Phanes nescio quid Amasi succensens, navigio profugit ex Aegypto, volens in colloquium venire Cambysis. Eum Amasis (quod inter auxiliares non parvi momenti esset, quodque de rebus Aegypti nihil non compertissimum haberet) insequi statuit, adhibita diligentia assequendi. Itaque ad hominem insequendum mittit cum tiremi eunuchorum fidissimum, qui Phanem assequutus in Lycia cepit, sed ne sic quidem reduxit in Aegyptum; astu enim illum circumvenit Phanes. Nam postquam inebriaverat custodes, abiit in Persas, Cambysemque molientem adversus Aegyptum expeditionem, et quo pacto carrentia aquis loca transmitteret ambigen- tem, adiit; eique cum alias Amasis res

exposuit, tum vero quae ad transmitendum pertinebant, suadens, ad regem Arabum mitteret oratum ut sibi tutum paeberet transitum.

5. Hac enim duntaxat patet ingressus in Aegyptum. Nam a Phoenice usque ad montes Cadytis, urbis Syrorum, qui Palaestini vocantur: ab urbe Cadytis, non multo minore, ut mea fert opinio, quam Sardes, ab hac, inquam, emporia ab mari usque ad urbem Ienysum Arabicae ditionis sunt. Ab urbe Ienysio rurus Syriacae, usque ad paludem Serbonidem, juxta quam Casius mons pertinet ad mare. A Serbonide palude in qua Typho fertur occultatus, ab illa plane Aegyptus est. Hoc tamen intercedenis quod est inter urbem Ienysum et montem Casium et paludem Serbonidem, non exiguus tractus est, sed itineris instar trium dierum, vehementer aridus.

ταὶ δὲ καὶ τὴν ἔλασιν, ὡδε παρανέων· πέμψαντα παρὰ τὸν Αραβίων βασιλέα δέοδαι, τὴν διέξοδόν οἱ ἀσφαλέα παρασχῆν.

ε'. Μάνη δὲ ταύτη εἰσὶ Φανεραὶ ἐσθολαὶ ἐς Αἴγυπτον. ἀπὸ γὰρ Φοινίκης μέχρι Σύρων τῶν Καδύτιος πόλιος, ἢ ἐσὶ Σύρων<sup>a</sup> τῶν Παλαισινῶν καλεομένων· ἀπὸ δὲ Καδύτιος, ἐάστης πόλιος, ὡς ἐμοὶ δοκέει, Σαρδίων οὐ πολλῷ ἐλάσσονος· ἀπὸ ταύτης τὰ ἐμπόρια τὰ ἀπὸ Ναλάσης<sup>b</sup> μέχρι Ιηνύσεως πόλιος ἐσὶ τῆς Αραβίου· ἀπὸ δὲ Ιηνύσου, αὗτις Σύρων<sup>c</sup> μέχρι Σερβωνίδος λίμνης, παρ' ἥν δὴ τὸ Κάσιον ὄρος τείνει ἐς Νάλασαν. ἀπὸ δὲ Σερβωνίδος λίμνης, ἐν τῇ δὴ λόγῳ τὸν Τυφώ κεχρύφθαι, ἀπὸ ταύτης δὴ<sup>d</sup> Αἴγυπτος. τὸ δὴ μεταξὺ Ιηνύσεως πόλιος, καὶ Κασίω τε οὔρεος καὶ τῆς Σερβωνίδος λίμνης, ἐὸν τῷτο ὡκὸλίγον χωρίον. ἀλλ' ὅσον τε ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ὁδὸν, ἄνυδρον ἐσὶ δεινῶς.

<sup>a</sup> Συρίων. <sup>b</sup> τὰ ἵππα Ναλάσης. <sup>c</sup> Συρίων. <sup>d</sup> ταύτης ἥδη.

ζ'. Τὸ δὲ ὄλιγοι τῶν ἐσ Αἴγυπτον  
ναυτίλλομένων ἐννενώκασι, τῷτο ἔρχομαι  
φράσων. ἐσ Αἴγυπτον ἐκ τῆς Ἑλλάδος πά-  
σης, καὶ πρὸς ἐκ Φοινίκης <sup>c</sup>, κέραμος ἐσά-  
γεται πλήρης οἴνου δἰς τοῦ ἔτεος ἐκάστου.  
καὶ ἐν κεράμιον οἴνηρὸν ἀριθμῷ κείμενον  
οὐκ ἔστι, ως λόγω εἰπεῖν, ἴδεαθαι <sup>f</sup>. κοῦ  
δῆτα (εἴποι τις ἄν) ταῦτα ἀνασιμῆται <sup>g</sup>;  
ἐγὼ καὶ τῷτο φράσω. δεῖ τὸν μὲν δῆμαρ-  
χον ἐκαστον συλλέξαντα ἐκ τῆς ἐωὕτου  
πόλιος πάντα τὸν κέραμον, ἀγεν ἐσ Μέμ-  
φιν. τὸς δὲ ἐκ Μέμφιος ἐσ ταῦτα δὴ τὰ  
ἄνυδρα τῆς Συρίης κομίζειν, πλήσαντας  
ὑδατούς. γὰρ ὁ ἐπιφοιτέων κέραμος, καὶ ἐξα-  
ρεόμενος ἐν Αἴγυπτῳ ἐπὶ τὸν παλαιὸν <sup>h</sup> κο-  
μίζεται ἐσ Συρίην.

ζ'. Οὕτω μέν νυν Πέρσαι εἰσὶ οἱ τὴν  
ἐσβολὴν ταύτην παρασκευάσαντες ἐπ' Αἴ-  
γυπτον <sup>i</sup>, κατὰ δὴ τὰ εἰρημένα ἐλξαντες  
ὑδατί, ἐπεί τε τάχιστα παρέλαβον Αἴγυ-

<sup>c</sup> Φοινίκων. <sup>f</sup> εἰδίσθαι. <sup>g</sup> ἀνασιμῆται. <sup>h</sup> τὸν παλαιὸν. <sup>i</sup> οἱ  
Αἴγυπτοι.

6. Verum quod pauci eorum qui in Aegyptum navigant, notum habent, hoc dicere institui. Ex omni Graecia, et praeterea ex Phoenice, portatur in Aegyptum bis quotannis testa vini plena: et tamen ibi ne unum quidem numero (ut vere dicam) dolium vinarium aspici jacens potest. Ubinam ergo (dicat aliquis) haec vas a consumuntur? hoc quoque ego de-  
promam. Praefectus populi necesse ha-  
bet ex sua quisque urbe colligere vas te-  
stacea omnia, quae Memphin portentur:  
eadem incolae Memphis aquae referta  
portare in haec arida Syriae loca. Ita te-  
sta adveniens et exempta in Aegypto, ad  
veterem in Syriam portatur.

7. Atque hoc modo Persae usi fue-  
runt in hoc ingressu contra Aegyptum  
aqua apparando, prout dixi, quum ex ra-  
tione, quae narrata est, traxissent, simu-

atque Aegypto potiti sunt. Sed tunc, quum alicubi parata aqua non esset, Cambyses, audito hospitis Halicarnassensis consilio, missis ad regem Arabum nunciis tutum iter precatus, obtinuit, data acceptaque ab eo fide.

8. Servant autem fidem Arabes inter homines ut qui maxime, quam hunc in modum paciscuntur: Quoties foedus inire volunt, alius vir medius inter utrosque stans, acuto lapide fecat volam juxta majores digitos eorum qui foedus ineunt. Deinde sumpto flocco ex utriusque vestimento, inungit eo sanguine septem lapi-des in medio positos, inter inungendum invocans Bacchum et Uraniam. Hoc per istum acto, is qui facit foedus, amicis vadatur hospitem aut etiam civem, si cum cive res agitur. Amici vero et ipsi fidem colere justum censem. Bacchum unum

πλον· τότε δὲ ὥκ ἔόντος καὶ ὑδατος ἐτοίμα,  
Καμβύσης πυθόμενος τοῦ Ἀλιχαρνασῆος  
ξείνε, πέμψας παρὰ τὸν Αράβιον ἀγγέλας,  
καὶ δεηθεὶς τῆς ἀσφαλείης ἔτυχε,  
πίσις δέ τε καὶ δεξάμενος παρ' αὐτῷ.

η'. Σέβονται δὲ Αράβιοι πίσις ἀνδρώπων ὅμοια τοῖσι μάλιστα. ποιεῦνται δὲ αὐτὰς τρόπῳ τοιῷδε· τῶν βουλομένων τὰ πιστὰ ποιέεσθαι, ἄλλος ἀντίρρητος ἀμφοτέρων αὐτῶν ἐν μέσῳ ἐξεὼς, λίθῳ ὁξεῖ τὸ ἕσω τῶν χειρῶν παρὰ τὰς δακτύλας τὰς μεγάλας ἐπιτάμνει τῶν ποιευμένων τὰς πίσις. καὶ ἐπειδὴ λαβὼν ἐκ τῆς ἴματίς ἐκάτερος χροκύδα<sup>a</sup>, ἀλείφει τῷ αἷματι ἐν μέσῳ κειμένας λίθους ἐπίλα. τότε δὲ ποιέων, ἐπικαλέει τὸν τε Διόνυσον καὶ τὴν Οὐρανίην. ἐπιτελέσαντος<sup>b</sup> δὲ τύττα ταῦτα, διὰ τὰς πίσις ποιησάμενος τοῖσι φίλοισι παρεγγυᾶ τὸν ξεῖνον, ἢ καὶ τὸν ἀσὸν, ἢν πρὸς ἀσὸν ποιέηται. οἱ δὲ φίλοι, καὶ αὐτοὶ τὰς πίσις δικαλεῦσι σέβεσθαι. Διόνυσον δὲ θεὸν

<sup>a</sup> χροκύνη. <sup>b</sup> ἐπικαλέσαντος.

μῆνον καὶ τὴν Οὐρανίην ἡγέονται εἶναι· καὶ τῶν τριχῶν τὴν κουρὴν κείρεοδαι Φασὶ, κατάπερ αὐτὸν τὸν Διόνυσον κεκάρδαι. κείρονται δὲ ὑποτρόχαλα, περιξυρῆντες τὰς χροτάφυς. ὄνομάζονται δὲ τὸν μὲν Διόνυσον, Οὐροτάλτ· τὴν δὲ Οὐρανίην, Αλιλάτ.

Δ'. Επεὶ ὅν τὴν πίσιν τοῖσι ἀγγέλοισι τοῖσι παρὰ Καμβύσεω ἀπιγμένοισι ἐποήσατο ὁ Αράβιος, ἐμηχανᾶτο τοιάδε· ἀσκὸς καμῆλων πλήσας ὕδατος, ἐπέσαξε ἐπὶ τὰς ζωὰς τῶν καμῆλων πάσας· τῦτο δὲ ποιήσας, ἥλασε ἐς τὴν ἄνυδρον, καὶ ὑπέμεινε ἐνθαῦτα τὸν Καμβύσεω σρατόν. Ὅτος μὲν ὁ πιθανώτερος τῶν λόγων εἴρηται. δεῖ δὲ καὶ τὸν ἥσον πιθανὸν, ἐπεὶ γε δὴ λέγεται, ῥηθῆναι. ποταμός ἐστι μέγας ἐν τῇ Αραβίῃ, τῷ οὔνομα Κόρυς· ἐκδιδοῖ δὲ ὕτος ἐς τὴν Ερυθρὴν οαλεομένην Νάλασσαν. ἀπὸ τούτῳ δὴ ὅν τῷ ποταμῷ λέγεται τὸν βασιλέα τῶν Αραβίων, ἀνθάμενον τῶν ὠμοσοέων <sup>ε</sup> καὶ τῶν ἄλλων δερμάτων

<sup>ε</sup> ῥαφάμενον ὠμοσοίσιν.

Deum, et Uraniam esse arbitrantur. Et capillorum tonsuram tonderi dicunt, quemadmodum Bacchum ipsum tonsum fuisse. tondentur autem in rotundum tempora subradentes. Appellant vero Bacchum quidem Urotalt, Uraniam Alilat.

9. Igitur postquam foedus cum nunciis a Cambysē missis iniit Arabs, talem rem commentus est: camelos omnes posteaquam utribus camelinis aqua completis oneravit, egitque ad loca humore carentia, ibi Cambysis exercitum opperiebatur. Et iis quae narrantur, hoc quod dixi proprius fidem est; tamen id quoque quod minus credibile est, quandoquidem refertur, commemorare debeo. Est magnum in Arabia flumen nomine Corys, exiens in mare quod dicitur Rubrum: ab hoc flumine fertur Arabum rex canalem ex bovinis aliisque crudis coriis aptatum,

tanta longitudine produxisse, ut ad loca arida per illa aquam produceret: inque ipso arido solo ingentes cisternas fodisse, quibus recepta aqua servaretur: et quum sit a flumine ad hanc aridam duodecim dierum via, per canales in tres regiones aquam ducere.

10. Ceterum apud Nili ostium quod dicitur Pelusium bellabat Psammenitus Amasis filius, Cambysem opperiens. Nam Amasin Cambyses in Aegyptum progressus vivum nactus non est, sed defunctum, quum quatuor et quadraginta annis regnasset: per quos nihil admodum magnae calamitatis est expertus. defunctusque et conditus sepultus fuit in sepulchris in templo quae ipse aedificaverat. Sub ejus autem filio Psammenito jam regnante maximum extitit Aegyptiis portentum: Apud Thebas Aegyptias (quod neque prius unquam neque postea ad me-

όχετὸν μήκει ἔξικνεύμενον ἐς τὴν ἄνυδρον,  
ἀγαγῆν διὰ δὴ τύτων τὸ ὕδωρ. ἐν δὲ τῇ  
ἄνυδρῳ μεγάλας δεξαμενὰς ὄρυξασθαι, ἵνα  
δεκόμεναι τὸ ὕδωρ σώζωσι. ὅδὸς δὲ ἔστι δυ-  
ώδεια ἡμερέων ἀπὸ τῆς πολαμῆς ἐς ταύτην  
τὴν ἄνυδρον. ἄγειν δέ μιν διὰ ὄχετῶν ἐς τὰ  
τρίχα χωρία.

Ι. Εν δὲ τῷ Πηλαγσίῳ καλεομένῳ σό-  
μαὶ τῆς Νείλου ἐσρατεύετο εἰ Ψαμμίνιτος  
ὁ Αμάσιος πᾶς, ὑπομένων Καμβύσεα. Α-  
μασιν γὰρ οὐ κατέλαβε Σῶντα Καμβύσης  
ἐλάσσας ἐπ’ Αἴγυπτον. ἀλλὰ βασιλεύσας  
ὁ Αμασίς τέωσερα καὶ τεωσεράκοντα ἔτεα,  
ἀπέθανεν. ἐν τοῖσι θδὲν οἱ μέγα αὐτῶν  
πρῆγμα συνενείχθη. ἀποθανὼν δὲ, καὶ  
ταριχευθεὶς, ἐτάφη ἐν τῇσι ταφῆσι τῇσι  
ἐν τῷ ἴρῳ, τὰς αὐτὸς οἰκοδομήσατο. ἐπὶ  
Ψαμμίνιτῃ δὲ τῆς Αμάσιος βασιλεύσαντος  
Αἴγυπτου, Φάσμα Αἴγυπτίοισι μέγιστον  
δὴ ἐγενέτο. ὑδησαν γὰρ Θῆβαι αἱ Αἴγυ-  
πτίαι, ὃτε πρότερον θάματα ὑδεῖσαν, ὃτε  
οὐχετὸν τριῶν ίι. εἰσρατεύετο. οἱ αὐτῶν.

ὑπερον τομέχρι ἐμεῦ, ὡς λέγοσι αὐτοὶ Θη-  
βαῖοι. οὐ γάρ δὴ θεται τὰ ἄκω τῆς Αἰ-  
γύπτιας τοπαράπαν· ἀλλὰ καὶ τότε θαδη-  
σαν αἱ Θηβαὶ φακάδι<sup>2</sup>.

ια'. Οἱ δὲ Πέρσαι, ἐπεί τε διεξελά-  
σαντες τὴν ἄνυδρον, ἵζοντο πέλας τῶν Αἰ-  
γυπτίων, ὡς συμβαλέοντες, ἐνθαῦτα οἱ  
ἐπίκχροι οἱ τοῦ Αἴγυπτίου, ἔοντες ἄνδρες  
Ἐλληνές τε καὶ Κᾶρες, μεμφόμενοι τῷ Φά-  
νῃ ὅτι σρατὸν ἥγαγε ἐπ' Αἴγυπτον ἀλ-  
λόθροον, μηχανῶνται πρῆγμα ἐσ αὐτὸν  
τοιόνδε· ἵσαν τῷ Φάνῃ πάδες ἐν Αἴγύ-  
πτῳ καταλελειμμένοι· τὸς ἀγαγόντες ἐσ  
τὸ σρατόπεδον, καὶ ἐσ ὄψιν τὸ πατρὸς,  
κρητῆρα ἐν μέσῳ ἐσησαν ἀμφοτέρων τῷ  
σρατοπέδῳ· μετὰ δὲ, ἀγνέοντες καὶ ἐν  
ἔκαστον τῶν παίδων, ἕσφαζον ἐσ τὸν κρη-  
τῆρα. διὰ πάντων δὲ διεξελθόντες τῶν παί-  
δων, οἵνον τε καὶ θάρο ἐσεφόρεον ἐσ αὐτόν.  
ἐμπιόντες δὲ τὸ αἷμαλος πάντες οἱ ἐπίκχροι,  
οὕτω δὴ συγέβαλον. μάχης δὲ γενομένης

<sup>2</sup> φάκάδι.

am usque aetatem contigit, ut ipsi Thebani ajunt) pluit. Nam superiora Aegypti penitus pluviam non sentiunt. attamen Thebis tunc pluit guttis.

I I. Persae porro ubi siccâ transmissâ subsedere vicini Aegyptiis, tanquam congressuri; Ibi Aegyptiorum auxiliatores Graeci et Cares, Phani qui externum exercitum in Aegyptum adduxisset, exprobrantes hoc rei in illum sunt machinati: Filios qui erant a Phane relieti in Aegypto, in castra perduxerunt, atque in conspectum patris, positoque in medio duorum exercituum craterem; deinceps productos singulos puerorum super craterem obtruncaverunt. Omnibus interfectis, vinum et aquam in craterem intulerunt: hunc sanguinem quum bibissent omnes auxiliatores, ita confluxerunt. A-

cri proelio commisso, perquam multis utrinque cadentibus, in fugam vertuntur Aegyptii.

12. Ibi ego rem mirandam vidi, ab indigenis edocitus: Ossa utrorumque qui in acie ista ceciderunt, quum seorsum jaccerent circumfusa, ut ab initio distincta fuerant, seorsum erant Persarum, aliorum Aegyptiorum: sed Persarum capita adeo fragilia sunt, ut si velis ferire vel solo calculo, perforare possis: Aegyptiorum autem ita firma, ea vix iectu lapidis perfringes. Cujus rei caussam hanc illi reddebat, facile mihi persuadentes, quod Aegyptii statim a pueris radere capita incipiunt, et os ad solem redditur compactum. Quae eadem caussa est non calvescendi. nam ex omnibus hominibus paucissimos quis Aegyptios calvos vide-

καρτερῆς, καὶ πεσόνιων ἐξ ἀμφοτέρων τῶν  
σρατοπέδων πλήθει πολλῶν, ἐτράποντο οἱ  
Αἰγύπτιοι.

β'. Θώμα δὲ μέγα εἶδον πυθόμενος  
παρὰ τῶν ἐπιχωρίων. τῶν γὰρ ὄσέων πε-  
ρικεχυμένων χωρὶς ἑκατέρων τῶν ἐν τῇ  
μάχῃ ταύτη πεσόνιων. (χωρὶς μὲν γὰρ  
τῶν Περσέων ἐκέετο τὰ ὄσέα, ὡς ἐχωρί-  
ῶν κατ' ἀρχὰς, ἐτέρωθι δὲ, τῶν Αἴγυ-  
πτίων) αἱ μὲν τῶν Περσέων κεφαλαί εἰσι  
ἀσθενέες ὅτω, ὥσε εἰ θέλεις φίφω μούνη  
βαλέειν, διατετρανέεις. αἱ δὲ τῶν Αἴγυ-  
πτίων, ὅτω δή τι ισχυραί, μόγις δὲ ἀν λί-  
θῳ πάσας διαρρήξεις. αἵτιον δὲ τούτου  
τόδε ἔλεγον (καὶ ἐμέ γ' εὐπετέως ἔπειθον)  
ὅτι Αἴγυπτιοι μὲν, αὐτίκα ἀπὸ παιδίων  
ἀρξάμενοι, ξυρεῦνται τὰς κεφαλὰς, καὶ  
πρὸς τὸν ὥλιον παχύνεται τὸ ὄσέον. τώ-  
ῦτὸ δὲ τότε καὶ τῷ μὴ Φαλακρῶσθαι αἵτι-  
όν ἐσι. Αἴγυπτίων γὰρ ἀν τις ἐλαχίστης  
ἴδοιτο Φαλακρὸς πάντων ἀνθρώπων. τούτη

<sup>α</sup> ισχυραί, ὡς μόγις. <sup>β</sup> διαρρήξεις.

τοισι μὲν δὴ τοῦτό ἔσι αἵτιον ἰχυράς φορέειν τὰς κεφαλάς. τοῖσι δὲ Πέρσησι ὅτε αὐδενέας Φορέουσι τὰς κεφαλὰς, αἵτιον δὲ τόδε· σκιπτροφέύσι ἐξ ἀρχῆς, πίλας τιάρας Φορέοντες<sup>c</sup>. ταῦτα μέν νυν τοιάτα. εἶδον δὲ καὶ ἄλλα ὁμοία τύτοισι ἐν Πατρήι, τῶν ἂμα Αχαιμένει τῷ Δαρείου διαφθαρέντων ὑπὸ Ινάρω τῷ Λίβυος.

γύ'. Οἱ δὲ Αἰγύπτιοι ἐκ τῆς μάχης ως ἐτράποντο, ἔφευγον οὐδενὶ κόσμῳ. κατεληθέντων δὲ ἐς Μέμφιν, ἐπεμπε ἀνὰ πολαμὸν Καμβύσης νέα Μίτυληναίην κήρυκα ἄγγεσαν ἄνδρα Πέρσην, ἐς ὁμολογίην προκαλεόμενος Αἴγυπτίς. οἱ δὲ, ἐπει τε τὴν νέα εἶδον ἐσελθοῦσαν ἐς τὴν Μέμφιν, ἐκχυθέντες ἀλλέες ἐκ τοῦ τείχεος, τὴν τε νέα διέφθειραν, καὶ τὰς ἄνδρας κρεεργυηδὸν διασπάσαντες, ἐφόρεον ἐς τὸ τεῖχος. καὶ Αἰγύπτιοι μὲν μετὰ τῦτο πολιορκεύμενοι, χρόνῳ παρέστησαν· οἱ δὲ προσεχέες Διεύες, δείσαντες τὰ περὶ τὴν Αἴγυπτον γε-

<sup>a</sup> φορίναι; πάτηται. <sup>c</sup> πιάρας τι φορίστησι.

at. His igitur hoc caussae est cur robusta  
capita gestent. At Persis cur fragilia sint  
capita, id in caussa est quod a principio  
assuefiunt in umbra nutrire, gestantes pi-  
leos tiaras. Haec ergo quidem talia. Vidi  
item alia istis similia in Papremi, eorum  
qui una cum Achaemene filio Darii ab  
Inaro Afro sunt caesi.

13. Aegyptii quoque postquam ex  
acie terga dederunt, nullo ordine fugam  
caepessunt. Ad quos, quum se recepissent  
Memphin, misit Cambyses per flumen  
navim Mitylenaeam cum caduceatore vi-  
ro Perfa, qui illos ad pactionem hortare-  
tur. Isti ubi navim ingredi Memphin vi-  
dent, frequentes ex castello effusi, navim  
corruperunt, virosque instar carnis dilani-  
atos in castellum afferunt. Et Aegyptii  
quidem post haec obfessi aliquamdiu re-  
stiterunt. Afri vero finitimi ea quae Ae-

gypto contigissent veriti, sese citra pugnam dediderunt, tributumque descripserunt ac dona miserunt. Cyrenaei quoque ac Barcaeui itidem ut Afri timentes, similia et ipsi fecere. Cambyses munera quae ab Afris venere, perbenigne accepit: quae autem a Cyrenaeis, succensens, ut opinor, quod exigua erant. quingentas enim minas argenti miserant, quas sua manuprehensas dispersit in milites.

I 4. Decimo autem die quam castellum in urbe Memphi cepisset Cambyses, Psammenito Aegyptiorum rege, qui sex omnino regnarat menses, collocato in suburbio ignominiae gratia, cum Aegyptiis aliis, hoc fecit ut ejus animum experiretur; Filiam illius, vestitu servili indutam, cum hydria ad aquam emisit; et cum ea similiter indutas alias quas delegerat, pri-

γονότα, παρέδοσαν σφέας αὐτὸς ἀμαχητί· καὶ Φόρον τε ἐτάξαντο, καὶ δῶρα ἔπεμπον. ὡς δὲ Κυρηναῖοι καὶ Βαρκαῖοι, δείσαντες ὄμοιώς ἂν καὶ οἱ Λιβύες, τοιᾶτα ἐποιήσαν. Καμβύσης δὲ τὰ μὲν παρὰ Λιβύων ἐλθόντα δῶρα, Φιλοφρόνως ἐδέξατο· τὰ δὲ παρὰ Κυρηναίων ἀπικόμενα μεμφθεῖς, ὡς ἔμοις δοκέει, ὅτι ἦν ὄλιγα. ἔπειταν γάρ δὴ πεντακοσίας μνέας ἀργυρίου οἱ Κυρηναῖοι· ταύτας δραστόμενος, αὐτοχειρίῃ διέσπειρε τῇ σρατῇ.

Δ. Ἡμέρη δὲ δεκάτη ἀπ' ἣς παρέλαβε τὸ τεῖχος τὸ ἐν Μέμφι Καμβύσης, κατίσας ἐσ τὸ προάστειον ἐπὶ λύμη τὸν βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων Ψαμμήνιτον, βασιλεύσαντα μῆνας ἕξ, τῶν κατίσας σὺν ἄλλοισι Αἰγυπτίοισι, διεπειρᾶτο αὐτοῦ τῆς ψυχῆς, ποιέων τοιάδε <sup>α</sup>. σείλας αὐτῷ τὴν θυγατέρα ἐσθῆτι δεληΐη, ἐξέπεμπε ἐπ' ὅδωρ ἔχοσαν ὑδρήιον· συνέπεμπε δὲ καὶ ἄλλας παρθένες ἀπολέξας ἀνδρῶν

<sup>α</sup> τάδε.

τῶν πρώτων, ὅμοίως ἐσαλμένας τῇ τοῦ βασιλέος. ὡς δὲ βοῆ τε καὶ κλαυθμῷ παρῆσαν αἱ παρθένοι παρὰ τὸν<sup>b</sup> πατέρας, οἵ μὲν ἄλλοι πάτησεν ἀνεβόντες τε καὶ ἀντέκλαντον<sup>c</sup>, ὁρέοντες τὰ τέκνα κεκακωμένα. ὁ δὲ Ψαμμήνιτος, προϊδὼν καὶ μαθὼν, ἔκυψε ἐς τὴν γῆν. παρελθουσέων δὲ τῶν ὑδροφόρων, δεύτερά οἱ τὸν παῖδα ἐπεμπεῖ<sup>d</sup> μετ' ἄλλων Αἰγυπτίων διχιλίων τὴν αὐτὴν ήλικίην ἔχόντων· τὸν δὲ αὐχένα καλῶ δεδεμένης, καὶ ε τὰ σόματα ἐγκεχαλιγωμένης. ἔγοντο δὲ ποιηὴν τίσουλες Μιτυληναίων τοῖσι ἐν Μέμφι ἀπολομένοισι σὺν τῇ νηὶ. ταῦτα γάρ ἐδίκασαν οἱ βασιλῆιαι δίκασαι, ὑπὲρ ἀνδρὸς ἐκάστη δέκα Αἰγυπτίων τῶν πρώτων ἀνταπόλλυσθαι. ὁ δὲ, ιδὼν παρεξιόντας, καὶ μαθὼν τὸν παῖδα ἔγεόμενον<sup>e</sup> ἐπὶ Νάνατον, τῶν ἄλλων Αἰγυπτίων τῶν περικατημένων αὐτὸν κλαύντων καὶ δεινὰ ποιεύντων, τῷ γὰρ ἐποίησε

<sup>b</sup> παρθένοις κατὰ τὸν. <sup>c</sup> ἀντέκλαντον. <sup>d</sup> ἐπεμπεῖ. <sup>e</sup> δεδεμένους.

morum virorum filias virgines. Quae ubi ad patres pervenerunt cum ejulatu ploratuque, ceteri quidem patres omnes conspectis filiabus tam male acceptis, vociferati sunt atque fleverunt: Psammenitus autem prospiciens atque intelligens, humi vultum demisit. Praetergressis puellis aquam ferentibus, secundo loco Cambyses ante oculos Psammeniti misit filium ejus cum duobus millibus Aegyptiorum aequalis aetatis, vincas fune cervices et frenata ora habentibus. Ducebantur autem luituri poenas his Mitylenaeis qui cum navi fuerant ad Memphin obtruncati. Ita enim censuerant regii judices, pro singulis suorum imperfectis denos primorum Aegyptiorum interficiendos. Psammenitus praeter se exeentes intuens, et filium animadvertisens duci ad mortem, aliis Aegyptiis qui circum sedebant complorantibus, et gravia sibi accidere dolen-

tibus, ipse idem quod in filia fecit. His quoque praetergressis, accidit ut quidam compotorum ejus natu grandior, pristinis bonis elapsus, ac nihil habens nisi quae inops mendicus, obiret exercitum mendicans, nec non Psammenitum Amasis filium aliosque Aegyptios in suburbio considentes. Quem ut conspexit Psammenitus erumpente ingente fletu, compellans nomine amicum, caput suum caedebatur. Aderant autem ei observatores, qui ut quicquid ab illo siebat in unoquoque exitu, Cambysi renunciarent. Ea quae fiebant admiratus Cambyses, misso nuncio percontatus eum est, inquiens; ‘Heras te Cambyses, Psammenite, interrogat quamobrem tu, qui visa filia malo affesta, viso etiam filio ad mortem eunte, neque ejulasti neque flevisti, sed pauperem tanti feceris, tibi (ut ab aliis audit) non propinquum.’ Et ille quidem

τὸ ἐπὶ β τῇ Θυγατρί. παρελθόντων δὲ καὶ τότων, συνήνεικε ὡς τε τῶν συμποτέων οἱ ἄνδρα ἀπηλικέσερον ἐκπεπτωκότα ἐκ τῶν ἔοιλων, ἔχοντά τε ψόδεν, εἰ μὴ ὅσα πτωχὸς, καὶ προσαιτέοντα τὴν σρατιὴν παριέντα, Ψαμμήνιτόν τε τὸν Αμάσιος, καὶ τὸν ἐν τῷ προαστείῳ κατημένους Αἴγυπτίων. ὁ δὲ Ψαμμήνιος ὡς ἐῖδε, ἀνακλαύσας μέγα, καὶ καλέσας ὄνομασὶ τὸν ἑταῖρον, ἐπλήξατο τὴν κεφαλήν· ἥσαν δὲ ἄρα αὐτῷ φύλακοι<sup>h</sup>, οἵ τὸ ποιεύμενον πᾶν ἐξ ἔκειτον ἐπ’ ἑκάση ἐξόδῳ, Καμβύση ἐσήμανον. Νωμάσας δὲ ὁ Καμβύσης τὰ ποιεύμενα<sup>i</sup>, πέμψας ἄγγελον, ἤρωτα αὐτὸν, λέγων τάδε, ‘Δεσπότης σε Καμβύσης, Ψαμμήνιε, ‘ἐρωτᾷ διότι δὴ τὴν μὲν Θυγατέρα ὁρέων ‘κεκακωμένην, καὶ τὸν παῖδα ἐπὶ Σάραλον ‘σείχοντα, γέτε ἀνέβωσας, γέτε ἀνέκλαυσας, ‘τὸν δὲ πίωχὸν, ψόδέν σοι προσήκοντα, ὡς ‘ἄλλων πυνθάνεται<sup>k</sup>, ἐτίμησας.’ ὁ μὲν

<sup>h</sup> κλαίοντας, ταῦτο ἐποίει τὸ καὶ ἵκι. <sup>i</sup> αὗτῷ τρεῖς φύλακοι  
τὸ ποιεύμενον. <sup>k</sup> πυνθάνομαι.

δὴ ταῦτα ἐπηρώτα. ὁ δὲ ἀμείβει τοῖσδε, ‘Ω πᾶν Κύρος, τὰ μὲν οἰκήια ἦν μέγα  
 ‘ κακὰ ἥ ὥστε ἀνακλαίειν· τὸ δὲ τῷ ἔται·  
 ‘ ρου πένθος <sup>α</sup>, ἄξιον ἦν δακρύων· ὃς ἐκ  
 ‘ πολλῶν τε καὶ εὐδαιμόνων ἐκπεσὼν, ἐσ  
 ‘ πλωχηῆν <sup>β</sup> ἀπῆκται, ἐπὶ γῆρασ αὖδω·’  
 καὶ ταῦτα ὡς ἀπενειχθέντα ὑπὸ τούτου,  
 εὖ δοκέειν οἱ εἰρῆθαι. ὡς δὲ λέγεται ὑπὸ<sup>γ</sup>  
 Αἴγυπτίων, δακρύειν μὲν Κροῖσον (ἐτεύχεε γάρ καὶ ἔτος ἐπισπώμενος Καμβύση  
 ἐπὶ Αἴγυπτον) δακρύειν δὲ Περσέων τὰς  
 παρεόντας. αὐτῷ τε Καμβύσῃ ἐσελθεῖν  
 σῆκτόν τινα· καὶ αὐτίκα κελεύειν τὸν τε  
 οἱ πᾶνδα ἐκ τῶν ἀπολλυμένων σώζειν, καὶ  
 αὐτὸν ἐκ τῷ προαστείᾳ ἀνασήσαντας, ἀγειρ  
 παρ' ἔωὕτον.

ιέ. Τὸν μὲν δὴ πᾶνδα εὔρον οἱ <sup>δ</sup> μετρί<sup>ε</sup>τες, ὅχέτι περιέντα, ἀλλὰ πρῶτον κατακοπέντα. αὐτὸν δὲ Ψαμμήντον ἀνασήσαντες, ἤγον παρὰ Καμβύσεα· ἐνθα τῷ  
 λαιπῷ διαιτᾶτο, ἔχων οὐδὲν βίαν. εἰ δὲ

<sup>α</sup> πάθος. <sup>β</sup> πλωχήν. <sup>γ</sup> εὔρον αὐτὸν οἱ.

ita interrogavit. Psammenitus autem his verbis respondit; ‘O fili Cyri, domestica mala erant majora, quam ut possem ea deflere: at lamentatio amici digna lacrymis fuit, qui e multis ac fortunatis opibus evolutus ad inopiam recidit, in limine senectutis.’ Haec ubi delata ab hoc, sibi videri illa recte dicta esse; ut vero ab Aegyptiis fertur, Croesum (quippe hic quoque adscitus erat ab Cambyse in expeditionem Aegyptiacam) illacrymasse, item qui aderant Persae, ipsique Cambysi commiserationem subiisse, ut protinus jusserrit et filium ex his qui morti addicti essent liberari, et patrem e suburbio excitum ad se duci.

15. Sed filium quidem qui adierunt, non jam superstitem invenerunt, sed primo loco trucidatum: ipsum vero Psammenitum adsumptum ad Cambysem duxerunt: ubi reliquum vitae vixit, nihil vio-

lentum passus. Qui si compertus etiam fuisset non affectasse res novas, accepisset Aegyptum ut eam procuraret. Nam consueverunt Persae in honore habere filios regum; quorum si qui etiam ab eis defecerint, tamen illorum filiis restituunt principatum. Quod eos ita facere consuesse, cum aliis permultis potest probari documentis, tum vero hoc, quod Thannyras Inari filius recepit, quem pater obtinuerat, principatum: quodque Pausiris Amyrtaei filius et ipse paternum recuperavit imperium: quamvis Inaro et Amyrtaeo infestus nunquam ulli Persis mala intulerunt. Nunc Psammenitus male cogitans, mercedem accepit. nam ad defectionem Aegyptios inducere deprehensus est: ac inde a Cambyse convictus, epoto cruento taurino, statim expiravit. Atque hunc in modum iste decessit.

16. Cambyses autem e Memphi in

καὶ ἡπισήθη μὴ πολυπραγμονεῖν, ἀπέλαβε  
αὐτὸν Αἴγυπτον, ὥστε ἐπιτροπεύειν αὐτῆς.  
Ἐπεὶ τιμᾶν ἔωθασι Πέρσαι τῶν βασιλήων  
τὰς παῖδας· τῶν, εἰ καὶ <sup>δ</sup> σφεων ἀποσέ-  
ωσι, ὅμως τοῖσι γε παισὶ αὐτῶν ἀποδί-  
δοσι τὴν ἀρχήν. πολλοῖσι μὲν νυν καὶ ἄλ-  
λοισί ἔστι σαδμώσασι ὅτι τοῦτο οὗτω  
κενομίκασι ποιέειν. ἐν δὲ καὶ <sup>ε</sup> τῷδε Ινά-  
ρω <sup>τ</sup> παιδὶ Θαννύρᾳ, ὃς ἀπέλαβε τὴν οἱ  
ὅ πατὴρ εἶχε ἀρχήν· καὶ τῷ Αμυρταίῳ  
Παυσίῃ καὶ γὰρ οὗτος ἀπέλαβε τὴν τῷ  
πατρὸς ἀρχήν. καίτοι Ινάρω τε καὶ Α-  
μυρταίῳ ὕδαμοί καὶ Πέρσας κακὰ πλέως  
ἐργάσαντο. νῦν δὲ μηχανώμενος κακὰ ὁ  
Ψαμμήντος, ἔλαβε τὸν μισθόν· ἀπισάς  
γὰρ Αἴγυπτίας ἦλω. ἐπεὶ τε δὲ ἐπάϊσος  
ἐγένετο ὑπὸ Καμβύσεω, αἷμα ταύρων πιὼν,  
ἀπέθανε παραχρῆμα. οὗτος δὴ ὁ τος ἐτε-  
λεύτης.

15'. Καμβύσης δὲ ἐκ Μέμφιος ἀπίκετα  
<sup>δ</sup> τὸν, ἦν καὶ. <sup>ε</sup> οὐ δὶ δὴ καὶ. <sup>ε</sup> τῷδε, τῷ Λίνως Ινάρω.  
¶ πλά.

Ἐς Σάιν πόλιν, βουλόμενος παιῆσαι τὰ δὴ  
καὶ ἐποίησε. ἐπεὶ τὲ γὰρ ἐσῆλθε ἐς τὰ  
τὰ Αμάσιος οἰκία, αὐτίκα ἐκέλευε ἐκ τῆς  
ταφῆς τὸν Αμάσιος νέκυν ἐκφέρειν ἔξω.  
ὡς δὲ ταῦτα ἐπιτελέα ἐγένετο, μαστροῦν  
τὸν νέκυν ἐκέλευε, καὶ τὰς τρίχας ἀπο-  
τίλλειν, καὶ χειτοῦν, καὶ τἄλλα πάντα  
λυμαίνεσθαι. ἐπεὶ τε δὲ καὶ ταῦτα ἔκα-  
μον ποιεῦντες, (οὐ γὰρ δὴ νεκρὸς, ἀτέ τε  
ταριχευμένος, ἀντεῖχέ τε καὶ οὐδὲν διεχέ-  
ετο) ἐκέλευσέ μιν ὁ Καμβύσης κατακαῖ-  
σαι. ἐντελλόμενος γάρ οὐσία. Πέρσαι γάρ  
Θεὸν νομίζοι εἶναι τὸ πῦρ· τὸ ὅν κατα-  
καίειν τε τοὺς <sup>a</sup> νεκροὺς, οὐδαμῶς ἐν νόμῳ  
ἀδετέροισι ἐστι, Πέρσησι μὲν, δι' ὅπερ εἴρη-  
ται, Θεῷ <sup>b</sup> δίκαιον εἶναι λέγοντες <sup>b</sup> νέμεται  
νεκρὸν ἀνθρώπῳ. Αἰγυπτίοισι δὲ νενόμισται  
πῦρ Θηρίον εἶναι ἔμψυχον· πάντα δὲ  
αὐτὸ κατεδίειν τάπερ ἄν λάβῃ· πλη-  
ᾶδὲ δὲ αὐτὸ τῆς Βορῆς, συναποθισκειν  
τῷ κατεδιομένῳ. οὕκων Θηρίοισι νόμος γί-

<sup>a</sup> κατακαίειν τὸς. <sup>b</sup> λίγως.

urbem Sain abiit, animo faciendi quae fecit. Etenim simulatque in aedes Amasis ingressus est, statim imperavit cadaver Amasis e conditorio efferri: deinde prolatum verberibus caedi ac pilos avelli, et stimulis pungi, omni denique contumelia infestari. Quod facientes postquam defatigati erant, (nam cadaver utpote conditum resistebat, nec quicquam diffundebatur) jussit cremari: haudquaquam sancta jubens; quia Persae deum ignem esse arbitrantur. Quin apud neutros etiam moris est cremare cadavera: apud Persas quidem, propter id quod dictum est, quia nefas esse ajunt deo pascere cadaver hominis: apud Aegyptios autem, quia persuasum habent ignem animatam beluam esse, et omnia quae nanciscitur devorare, et postquam devorando fuerit expleta, una cum ipsa re devorata emori. Non

esse vero apud eos consuetudinem mortuum beluis tradendi ; et ideo condicunt ne jacens et humatus devoretur a vermis. Ita neutris licitam rem jussit agere Cambyses. Quanquam (ut ipsi ajunt Aegyptii) non Amasis fuit qui ista passus est, sed alius quidam Aegyptius eadem qua Amasis aetate ; quem Persae Amasin arbitrantes vexaverunt. Memorant enim, Amasin, quum ex oraculo audisset quae circa se defunctum futura essent, hoc modo rei venturae medendum putasse, ut hunc hominem qui flagellatus erat, mortuum ad fores sepeliret intus conditorii sui, se autem in conditorii quam intimo recessu collocari filio mandaret. Mihi tamen penitus non videntur haec Amasis fuisse mandata de sua sepultura et isto homine, sed vane ab Aegyptiis adorata.

ζαμῶς Φησίν ἔστι τὸν νέκυν διδόναι. καὶ  
διὰ ταῦτα ταριχεύουσι, ἵνα μὴ κείμενος  
ὑπὸ εὐλέων καταβρωθῇ. οὕτω οὐδετέροισι  
γομιζόμενα ἐνετέλλετο ποιέειν ὁ Καμβύσης.  
ὡς μέντοι Αἰγύπτιοι λέγοσι, όχι Αμασις ἢ  
ὁ ταῦτα παθὼν, ἀλλὰ ἄλλος τις τῶν  
Αἰγυπτίων, ἔχων τὴν αὐτὴν ἡλικίην Α-  
μάσι. Ὡς λυμανόμενοι Πέρσαι, ἐδόκεον Α-  
μασιν δὲ λυμαίνεσθαι. λέγοσι γὰρ ὡς πυ-  
νόμενος ἐκ μαντηίς ὁ Αμασις τὰ περὶ ἐ-  
ωὕτὸν ἀποθανόντα μέλλοντα γίνεσθαι, ότω  
δὴ ἀκεόμενος τὰ ἐπιφερόμενα, τὸν μὲν ἄν-  
δρωπον τῷτον τὸν μαστιγωθέντα, ἀποθα-  
νόντα ἔθαψε ἐπὶ τῆσι <sup>εἰς</sup> θύρησι ἐντὸς τῆς  
ἐωὕτου θήκης, ἐωὕτὸν δὲ ἐνετείλατο τῷ  
παιδὶ ἐν μυχῷ τῆς θήκης ὡς μύλισα θεῖ-  
ναι. αἱ μέν νυν ἐκ τοῦ Αμάσιος ἐντολαὶ  
αὗται, αἱ εἰς τὴν ταφὴν τε <sup>εἰς</sup> καὶ τὸν ἄν-  
θρωπον ἔχοσαι, οὐ μοι δοκέοσι ἀρχὴν γε-  
γένεσθαι, ἄλλως δι' αὐτὰ Αἰγύπτιοι σεμ-  
γοῦν.

<sup>εἰς</sup> ὑδατῶς τρίγει. <sup>δι</sup> λυμαῖσι. <sup>εἰς</sup> τῆσι. <sup>Γ</sup> αὶς ταφάντα.

ιζ'. Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ Καμβύσης ἐβελεύσατο τριφασίας σραγῆς, ἐπὶ τε Καρχηδονίας, καὶ ἐπὶ Αμμωνίας, καὶ ἐπὶ τὸς μακροβίους Αἰθίοπας, οἰκημένυς δὲ Λιβύης ἐπὶ τῇ νοτίῃ Ναλάσῃ. βιβλευομένω δέ οἱ ἔδοξε, ἐπὶ μὲν Καρχηδονίους τὸν ναυτικὸν σρατὸν ἀποσέλλειν ἐπὶ δὲ Αμμωνίας, τῷ πεζῷ ἀποκρίναντα. ἐπὶ δὲ τὸς Αἰθίοπας, κατόπτας πρῶτον, ὀφομένους τε τὴν ἐν τύτοισι τοῖσι Αἰθίοψι λεγομένην εἶναι ἡλίας τράπεζαν, εἰ ἔσι ἀληθέως, καὶ πρὸς ταύτη τὰ ἄλλα κατοφομένους. δῶρα δὲ τῷ λόγῳ Φέροντας τῷ βασιλεῖ αὐτέων.

ιη'. Ἡ δὲ τράπεζα τοῦ ἥλιου, τοιόδε τις λέγεται εἶναι. λειμών ἔσι ἐν τῷ πρασείῳ, ἐπίπλεος κρεῶν ἐφθῶν πάντων τῶν τετραπόδων. ἐσ τὸν τὰς μὲν σύκτας ἐπιτηδεύοντας τιθένται τὰ κρέα τὸς ἐν τέλει ἐκάσους ἔοντας τῶν ἀσῶν, τὰς δὲ ἡμέρας δαιννυσθαι προσιόντα τὸν βιβλόμενον. Φάναι δὲ τὸς ἐπιχωρίους ταῦτα τὴν γῆν αὐ-

17. SECUNDUM haec Cambyses constituit triplex movere bellum, adversus Carthaginienses, adversus Ammonios, adversus Aethiopes macrobios, *id est longaeuos*, qui Africam ad australe mare incolunt. et adversus quidem Carthaginenses, nauticas copias; adversus autem Ammonios, e peditatu excerptos; adversus vero Aethiopes, primo exploratores mittere, spectatum illic mensam, quae celebatur, Solis, nunquid revera esset: simulque res Aethiopicas inspecturos; interim per speciem dona laturos illorum regi.

18. Solis autem mensa talis esse memoratur: est in suburbio pratum, omnium quadrupedum affa refertum carne, quam per noctem singuli civium magistratus properant ponere; ad eamque, ubi illuxit, cuilibet epulatum licet accedere.

Haec autem ipsa a terra reddi assidue indigenae ajunt. Et mensa quidem quae Solis vocatur, talis esse fertur.

19. Cambyses autem ubi statuit exploratores mittere, continuo ab urbe Elephantina arcessit ex Ichthyophagis gna-  
ros Aethiopicae linguae. Interea dum isti  
veniunt, navales copias Carthaginem versus  
navigare jubet. verum haec exequuturos  
se Phoenices negaverunt. esse enim mag-  
nis foederibus se devinctos; neque fac-  
turos sancte, si adversus liberos suos mi-  
litarent. Phoenicibus autem ire recusantibus,  
ceteri ad pugnandum haud idonei  
erant. Ita Carthaginienses servitutem Per-  
sarum evaserunt: quoniam Cambyses haud  
aequum ducebat vim afferre Phoenicibus,  
qui seipso Persis dediderant, et ex illis  
nauticus omnis constabat exercitus. Sed  
et Cyprii, qui sese ipsi dediderant Persis,  
adversus Aegyptum in militia erant.

τὴν ἀναδιδόντι ἔκάσολε. ή μὲν δὴ τράπε-  
ζα τοῦ ηλίου καλεομένη, λέγεται εἶναι  
τοιήδε.

θ'. Καμβύση δὲ ὡς ἔδοξε πέμπεν τὰς  
κατασκόπιας, αὐτίκα μετεπέμπειο ἐξ Ε-  
λεφαντίνης πόλιος, τῶν Ιχθυοφάγων ἀν-  
δρῶν τὰς ἐπισαμένας τὴν Αἰθιοπίδα γλῶσ-  
σαν. ἐνῷ δὲ τούτους μετῆσαν, ἐν τούτῳ  
ἐκέλευε ἐπὶ τὴν Καρχηδόνα πλέειν τὸν  
ναυτικὸν σρατόν. Φοίνικες δὲ οὐκ ἔφασαν  
παιῆσεν ταῦτα· ὅρκίοισι τε γάρ μεγά-  
λοισι ἐνδεδέσθαι, καὶ όκον ἀν ποιέειν ὅσια ἐπὶ  
τοὺς παῖδας τοὺς ἐωὕτῶν σρατευόμενοι.  
Φοίνικων δὲ ὁ βαλομένων, οἱ λοιποὶ όκοι  
όμαχοι ἐγίνοντο. Καρχηδόνιοι μέν νυν ὅτω  
δυλοσύνην διέφυγον πρὸς Περσέων. Καμ-  
βύσης γάρ βίην όκον ἐδικαίαν προσφέρειν Φοί-  
νιξι, ὅτι σφέας τε αὐτὰς ἐκδεδώκεσαν Πέρ-  
σησι, καὶ πᾶς ἐκ Φοίνικων ἥρτηλο ὁ ναυτι-  
κὸς σραλός. δόντες δὲ καὶ Κύπριοι σφέας αὐ-  
τὰς Πέρσησι, ἐσραλεύοντο ἐπ' Αἴγυπτον.

κ'. Επεί τε δὲ τῷ Καμβύσῃ ἐκ τῆς Ελεφαντίνης ἀπίκοιτο οἱ Ιχθυοφάγοι, ἐπειπτε αὐτοὺς ἐς τὸς Αἰθίοπας, ἐντειλάμενος τὰ λέγειν χρῆ· καὶ <sup>α</sup> δῶρα Φέροντας, πορφύρεόν τε εἶμα, καὶ χρύσεον σρεπτὸν περιαυχένιον, καὶ Φέλλια <sup>β</sup>, καὶ μύρα ἀλάβαστρον, καὶ Φοινικῆς οἵνων κάδον. οἱ δὲ Αἰθίοπες ὅτοι ἐς τὸς ἀπέπεμπε <sup>γ</sup> ὁ Καμβύσης, λέγονται εἶναι μέγιστοι καὶ κάλλιστοι ἀνθρώπων πάντων. νόμοισι δὲ καὶ ἄλλοισι χρᾶσθαι αὐτὸς καὶ κεχωρισμένοισι <sup>δ</sup> τῷν ἄλλων ἀνθρώπων, καὶ δὴ καὶ κατὰ τὴν Βασιληῖην τοιῷδε· τὸν ἀν τῷν ἀσῶν κρίνωσι μέγισόν τε εἶναι, καὶ κατὰ τὸ μέγαντος ἔχειν τὴν ἴσχὺν, τοῦτον ἀξιοῦσι βασιλεύειν.

κα'. Εσ τούτους δὴ ὧν τοὺς ἄνδρας ὡς ἀπίκοιτο οἱ Ιχθυοφάγοι, διδόντες τὰ δῶρα τῷ βασιλέϊ αὐτέων, ἔλεγον τάδε, « Βασιλεὺς ὁ Περσέων Καμβύσης, βγλόμενος

<sup>α</sup> λίγην χρῆν· <sup>β</sup> MS. habet φίλια etiam infra. <sup>γ</sup> αἰτιμψ. <sup>δ</sup> αὐτὸς κεχωρισμένοισι.

20. Porro Cambyses posteaquam ex Elephantina advenerunt Ichthyophagi, eos ad Aethiopes misit, jussos cum ea dicere quae oporteret, tum dona ferre, amiculum purpureum, aureumque torque ad cervicem, et armillas, ac unguenti alabastrum, cadumque vini Phoenicei. Aethiopes autem ii ad quos misit Cambyses, feruntur esse maximi omnium hominum atque pulcherrimi: legibus autem et aliis uti eos, et separatis ab aliorum hominum legibus, tum vero et hac circa regnum: quod quem e popularibus maximum et pro magnitudine validum judicant, hunc regem delendum censent.

21. Ad hos itaque viros Ichthyophagi postquam venerunt, offerentes eorum regi munera ita loquuti sunt; ‘Cambyses, Persarum rex, cupiens amicus tibi

‘ fieri atque hospes, nos misit, jubens ut  
‘ in sermonem tuum veniremus, tibique  
‘ haec dona dat, quorum ipse usu maxi-  
‘ me delectatur.’ Ad hos Aethiops, gna-  
rus ad explorandum venisse, talia respon-  
dit; ‘ Neque rex Persarum vos ideo cum  
‘ donis misit, quod magni faciat hospitiū  
‘ mei foedus, neque vos vera loquimini,  
‘ quippe qui ad explorandum meum im-  
‘ perium venistis: neque justus ille vir est.  
‘ si enim justus foret, non alienam regi-  
‘ onem affectaret, sed esset sua contentus,  
‘ nec homines a quibus nihil laesus est  
‘ in servitutem redigeret. Ei nunc vos  
‘ hunc arcum date, ita dicentes, Rex Ae-  
‘ thiopum regi Persarum consilium dat,  
‘ quando Persae tam facile adducent tan-  
‘ tae magnitudinis arcus, tunc adversus  
‘ macrobios Aethiopes copiis exsuperans  
‘ moveat bellum: interim diis gratias ha-  
‘ beat, qui non dant mentem filiis Ae-

φίλος τοι καὶ ξεῖνος γενέσθαι, ἡμέας τε  
 ἀπέπεμψε, ἐσ λόγος τοι ἐλθεῖν κελεύ-  
 ων, καὶ δῶρα ταῦτά τοι διδοῖ, τοῖσι καὶ  
 αὐτὸς μάλιστα ἥδεται χρεώμενος.’ ὁ δὲ  
 Αἰθίοψ, μαθὼν ὅτι κατόπται ἥκοιεν, λέ-  
 γει πρὸς αὐτοὺς τοιάδε, ‘Οὕτε ὁ Περσέ-  
 ων βασιλεὺς δῶρα ὑμέας ἔπεμψε Φέρον-  
 τας, προτιμῶν πολλῷ ἐμοὶ ξεῖνος γενέ-  
 σθαι. Ὅτε ὑμεῖς λέγετε ἀληθέα· ἥκετε  
 γὰρ κατόπιται τῆς ἐμῆς ἀρχῆς. Ὅτε ἐ-  
 κεῖνος ἀνήρ ἐσι δίκαιος. εἰ γὰρ ἦν δίκαιος,  
 Ὅτ’ ἀν ἔπειθύμησε χώρης ἄλλης ἢ τῆς ἐ-  
 ωὕτῳ. Ὅτ’ ἀν ἐσ δυλοσύνην ἀνθρώπους ἤγε  
 ὑπ’ ὅν μηδὲν ἥδικηται. νῦν δὲ αὐτῷ τόξον  
 τόδε διδόνεις, τάδε ἔπειτα λέγετε, Βασιλεὺς  
 ὁ Αἰθιόπων συμβολεύει τῷ Περσέων βα-  
 σιλέϊ, ἔπειτα δὲ οὕτω εὐπειθέως ἐλκωσι τὰ  
 τόξα Πέρσαι ἔόντα μεγάθει τοσαῦτα,  
 τότε ἐπ’ Αἰθιόπας τὸς μακροβίους πλή-  
 θεῖ ὑπερβαλλόμενον σραζεύεσθαι. μέχρι  
 δὲ τότε εἰ, θεοῖσι εἰδέναι χάριν, οἵ οὐκ  
 ἀπίπτονται. εἰπειδὲν. τύτων.

• ἐπὶ νόον τρέπουσι Αἰδίοτων πασὶ γῆν  
• ἄλλην προσκτᾶσθαι τῇ ἐωὕτῳ.

κβ'. Ταῦτα δὲ εἶπας, καὶ ἀνεὶς τὸ τόξον,  
παρέδωκε τοῖσι ἕκκυσι. λαβὼν δὲ τὸ εἶμα  
τὸ πορφύρεον, ἡρώτα ὅ, τι εἴη, καὶ ὅκως πε-  
ποιημένον. εἰπόντων δὲ τῶν Ιχθυοφάγων  
τὴν ἀληθηῖην περὶ τῆς πορφύρης καὶ τῆς βα-  
φῆς, δολερὸς μὲν τὸς ἀνθρώπων ἔφη εἶναι,  
δολερὰ δὲ αὐτέων τὰ εἴματα. δεύτερα δὲ,  
τὸν χρυσῆν <sup>2</sup> ἡρώτα σρεπτὸν τὸν περιστα-  
χένιον, καὶ τὰ Φέλλα: ἐζηγεομένων δὲ τῶν  
Ιχθυοφάγων τὸν κόσμον αὐτέων, γελάσας  
ὁ βασιλεὺς, καὶ νομίσας εἶναι σφεα πέδας,  
εἶπε ὡς παρ' ἐϋωτοῖσι εἰσι ρωμαλεώτεραι  
τυτέων πέδαι. τρίτου δὲ, ἡρώτα τὸ μύρον  
εἰπόντων δὲ τῆς ποιήσιος πέρι καὶ ἀλείφιος,  
τὸν αὐτὸν λόγον τὸν καὶ περὶ τοῦ εἴματος  
εἶπε. ὡς δὲ ἐσ τὸν οἶνον ἀπίκετο, καὶ ἐπύ-  
θείο αὐτῷ τὴν ποίησιν, ὑπερησθεὶς τῷ πό-  
μαλι, ἐπείρειο ὅ, τι τε σιτέεται ὁ βασιλεὺς,  
καὶ χρόνον ὄκόσον μαχρότατον ἀνὴρ Πέρσης

<sup>2</sup> χρυσῶν.

'thiopum, ut praeter suam velint aliam  
'comparare regionem.'

22. Haec loquutus, arcum laxavit,  
eisque qui venerant dedit. Tum sumptō  
purpureo amiculo, rogavit quidnam esset  
et quomodo confectum. et quum Ich-  
thyophagi veritatem de purpura deque  
tinctura dixissent, dolosos inquit esse ho-  
mines, dolosa illorum vestimenta. Secun-  
da loco de aureo sciscitatus ad cervicem  
torque atque armillis, ornatum ejus rei  
exponentibus Ichthyophagis, risit, atque  
existimans vincula esse, inquit robustiora  
apud se vincula esse. Tertio sciscitatus de  
unguento, quum illi de conjectura un-  
gendiique ratione dixissent, idem dixit  
quod de vestimento. Ubi ad vinum per-  
venit, ejusque conficiendi rationem audi-  
vit, majorem in modum delectatus potu,  
percontatus est, quibusnam rebus vesce-

retur rex, et quod longissimum tempus vir Persa viveret. Isti dixerunt vesci regem pane, exposita tritici natura, plenumque et longissimum vivendi spatium homini proponi octoginta annos. Ad haec Aethiops, Nihil se mirari inquit, si stercore vescentes, paucis viverent annis. nam ne tot quidem annis victuros, nisi potu commiserent: Ichthyophagis indicans vi-  
num; hoc enim ipsos a Persis superari.

23. Interrogato vicissim rege ab Ichthyophagis de vita et victu, plerosque ilorum ad centum viginti annos pervenire, nonnullos vero etiam hos transcendere: cibum eis esse carnem coctam; et potum, lac. Et quum exploratores de numero annorum mirarentur, ad fontem quandam eos duxisse, a quo loti efficiebantur magis nitentes, perinde atque olei foret; ab eodem olere, ac si violarum.

ζώει. οἱ δὲ, σιτέεοθαι μὲν τὸν ἄριον εἶπον,  
ἐξηγησάμενοι τῶν πυρῶν τὴν Φύσιν· ὅγ-  
δώκουλα δὲ ἔτεα ζόης πλήρωμα ἀνδρὶ μα-  
χρόταλον προκέεοθαι. πρὸς ταῦτα ὁ Αἰ-  
θίοψ ἔφη, οὐδὲν θωῦμαζεῖν εἰ σιτεόμενος  
κόπρον, ἔτεα ὀλίγα ζώουσι. οὐδὲ γὰρ ἀν  
τοσαῦτα δύναοθαι ζωεῖν σφέας, εἰ μὴ τῷ  
πόμαλι ἀνέφυρον, Φράζων τοῖσι Ιχθυοφά-  
γαισι τὸν οἶνον. τοῦτο γὰρ ἐωὕτοὺς ὑπὸ  
Περσέων ἔστησαν.

καὶ. Αντειρομένων δὲ τὸν βασιλέα τῶν  
Ιχθυοφάγων τῆς ζόης καὶ διάτης πέρι, ἔ-  
τεα μὲν ἔείκοσι <sup>β</sup> καὶ ἑκατὸν τὸς πυλλών  
αὐτέων ἀπικνέεοθαι, ὑπερβαλλέειν δέ τι-  
νας καὶ ταῦτα. σίτησιν δὲ εἶναι χρέα τε  
ἱθαὶ, καὶ πόμα, γάλα. θωῦμα δὲ ποιευ-  
μένων τῶν κατασκόπων περὶ τῶν ἔτέων,  
ἐπὶ κρήνην σφι ἴγγησαοθαι, ἀπ' ἣς λαόμε-  
νοι, λιπαρώτεροι ἐγίνοντο, κατάπερ εἰ ἐ-  
λαίου εἴη. οὔζειν δὲ ἀπ' αὐτῆς ὥσει ἵων.  
βαῖνεν. δὲ τὸ ὄνδωρ τῆς κρήνης ταῦτης ὅτῳ

<sup>β</sup> μὲν ἴσε εἶκοσι.

δή τι ἔλεγον εἶναι οἱ κατάσκοποι, ὥστε  
μηδὲν οἴον τε εἶναι ἐπ' αὐτῷ <sup>ε</sup> ἐπιπλέειν,  
μήτε ξύλον, μήτε τῶν ὅσα ξύλα ἦσαν ἐλα-  
φρότερα. ἀλλὰ πάντα σφέα χωρέειν ἐς  
βιοτὸν. τὸ δὲ ὑδωρ τῷτο, εἴ σφι ἔστι ἀ-  
ληθέως οἴον τι λέγεται, διὰ τῷτο ἄν εἶν,  
τῷτῷ τὰ πάντα χρεώμενοι, μακρόσιοι. ἀ-  
πὸ τῆς κρήνης δὲ ἀπαλλασσομένων, ἀγα-  
γεῖν σφέας ἐς δεσμωτήριον ἀνδρῶν, ἐνθα-  
τὸς πάντας ἐν πέδῃσι χρυσέησι δεδέσθαι.  
ἔστι δὲ ἐν τῷτοισι τοῖσι Αἰθίοψι πάντων ὁ  
χαλκὸς σπανιώτατον καὶ τιμιώτατον. Νεη-  
σάμενοι δὲ καὶ τὸ δεσμωτήριον, ἐθηήσαντο καὶ  
τὴν τῷ ἡλίῳ λεγομένην τράπεζαν.

κδ'. Μετὰ δὲ ταύτην, τελευταίας ἐ-  
θηήσαντο τὰς θήκας αὐτέων, αἱ λέγονται  
σκευάζεοθαι ἐξ ὑέλας, τρόπῳ τοιῷδε. ἐπεάν  
τὸν νεκρὸν ἰχνήνωσι, εἴτε δὴ κατάπερ Αἰ-  
γύπτιοι, εἴτε ἄλλως καὶ γυψώσαντες ἀ-  
παντα αὐτὸν, γραφῆ κοσμέσσι, ἐξομοιεῦν-  
τες τὸ εἶδος ἐς τὸ δυνατόν. ἐπειτα δέ φ

<sup>ε</sup> ἀπ' αὐτῷ.

Eam aquam ajebant exploratores adeo invalidam, ut in ea nihil innatare posset, ne lignum quidem, et quae leviora sunt ligno: sed omnia pessum ire in profundum. Haec aqua si vere apud illos est qualis commemoratur, ideo macrobii, *id est longaevi*, existunt, quod ea per omnia utuntur. Deinde a fonte digressos istos regem ad carcerem duxisse, ubi viri omnes aureis vinculis erant alligati. est enim apud hos Aethiopes omnium rarissimum ac pretiosissimum aes. Inspecto etiam carcere, inspexerunt et mensam quac dicitur solis,

24. Post hanc ad extremum inspexe-re eorum conditoria, quae dicuntur e vi-tro esse constructa, hunc in modum: Post-equam mortuum sive Aegyptiorum sive alio quodam more arefecerunt, totum gypso inducunt, picturaque exornantes exhibent, quoad fieri potest, effigiem e-

jus: deinde cippum ei cavum e *vitro*, quod apud illos multum et labori aptum effoditur, circumdant: in cuius medio mortuus perlucet, nihil neque odoris integrati, neque foeditatis ullius praebens, sed omnia conspicua ipsi illi cadaveri simili- ter habens. Hunc cippum qui maxime sunt propinqui, intra aedes annum tenent, offerentes ei omnium rerum primitias, hostiasque: post talia efferunt, circaque urbem statuunt.

25. Omnibus exploratores inspectis reversi sunt. Qui quum ista renunciaissent Cambysi, continuo ira percitus adversus Aethiopes exiit in expeditionem, neque rei frumentariae apparatu indicto, neque secum ipso ratione inita quod in extrema terrarum faceret expeditionem: sed veluti vesanus, nec mentis compos, simul atque Ichthyophagos audiit, profectus est

περιῆσσι σήλην ἐξ ὑέλω πεποιημένην κοίλην. ή δέ σφι πολλὴ καὶ εὔεργὴς ὄρύασται. ἐν μέσῃ δὲ τῇ σήλῃ ἐνεών διαφαίνεται ὁ νέκυς, ὃτε ὁδμὴν ὃδεμίην ἀχαριν παρεχόμενος, ὃτε ἄλλο ἀεικὲς ὃδέν. καὶ ἔχει πάντα Φανερὰ ὄμοιῶς αὐτῷ τῷ νέκυϊ. ἐνιαυτὸν μὲν δὴ ἔχουσι τὴν σήλην ἐν τοῖσι οἰκίοισι οἱ μάλιστα προσήκοντες, πάντων ἀπαρχόμενοι, καὶ Θυσίας οἱ προσάγοντες. μετὰ δὲ ταῦτα ἐκκομίσαντες, ισᾶσι<sup>α</sup> περὶ τὴν πόλιν.

κέ'. Θεησάμενοι δὲ τὰ πάντα οἱ καλάσκοποι, ἀπαλλάσσοντο ὅπίσω. ἀπαγγειλάντων δὲ ταῦτα τύτων, αὐτίκα ὁ Καμβύσης ὄργὴν ποιησάμενος, ἐσρατεύετο ἐπὶ τὸς Αἴθιοπας. ὃτε παρασκευὴν σίτου ὃδεμίην παραγγείλας, ὃτε λόγον ἐωὕτῳ δὺς ὅτι ἐσ τὰ ἔχατα γῆς ἔμελλε σρατεύεσθαι. οἵα δὲ ἐμμανής τε ἐών<sup>β</sup> καὶ φρενήρης, ως ἔπειτε τῶν Ιχθυοφάγων, ἐσρατεύετο. Ἐλλάνων μὲν τοὺς παρεόντας αὐτῷ τάξας ὑ-

<sup>α</sup> ισᾶσι. <sup>β</sup> ἐμμανής τε ἄν.

πομένειν, τὸν δὲ πεζὸν πάντα ἀμα ἀγόμενος. ἐπεὶ τε δὲ σρατευόμενος ἐγένετο ἐν Θήρησι, ἀπέκρινε τῷ σρατῷ ὡς πέντε μυριάδας· καὶ τύτοισι μὲν ἐνετέλλετο Αμμωνίας ἔχονδρα ποδισαμένυς, τὸ χρηστήριον τὸ τῷ Διὸς ἐμπρῆσαι· αὐτὸς δὲ τὸν λοιπὸν ἄγων σρατὸν, ἦντος ἐπὶ τοὺς Αἰθίοπας. πρὶν δὲ τῆς ὁδοῦ τὸ πέμπτον μέρος διεληλυθέναι τὴν σρατιὴν, αὐτίκα πάντα αὐτὸς τὰ ἔιχον σιτίον ἔχόμενα, ἐπελελοίπεε· μετὰ δὲ τὰ σιτία, καὶ τὰ ὑποζύγια ἐπέλιπε κατεσθιόμενα. εἰ μέν νυν μαθῶν ταῦτα ὁ Καμβύσης ἐγνωσιμάχεε, καὶ ἀπῆγε ὅπισω τὸν σρατὸν ἐπὶ τῇ ἀρχῇ θεν γενομένῃ ἀμαρτάδι, ἦν ἀν σοφὸς ἀνήρ· νῦν δὲ οὐδένα λόγου ποιεύμενος, ἦντος αὐτὸς τὸ πρόσω. οἱ δὲ σρατιῶται ἕως μέν τι ἔιχον ἐκ τῆς γῆς λαμβάνειν, ποιηφαγέοντες διέζων· ἐπεὶ δὲ ἐστὴν θάμμον ἀπίκοντο, δεινὸν ἔργον αὐτέων τινὲς ἔργασαντο. ἐκ δεκάδος γὰρ ἔνας σφέων αὐτέων ἀποκληρώσαντες, κατέφε-

cum omni peditatu, Graecis qui aderant illi, manere jussis. Ubi ad Thebas est ventum, delegit de exercitu quinquaginta circiter millia, quibus praecepit ut Ammonios diriperent, deinde oraculum Jovis incenderent: ipse cum reliquis copiis adversus Aethiopes contendit. Sed antequam itineris partem quintam confecissent, exercitum ejus protinus commeatus omnis quem secum habebat, defecerat: mox et jumenta ad vescendum defecerunt. Quibus rebus cognitis Cambyses si resipuisset ac reduxisset exercitum, post id quod prius admiserat peccatum, vir sapiens extitisset: nunc autem nihil pensi habens, assidue processit ulterius. Milites, quamdiu quod de terra sumerent haberent, herbis victitaverunt: at ubi ad sambulum pervenere, ibi nonnulli diram rem perpetraverunt. nam sortiti ex seipsis decimum quemque comedenterunt. Id audi-

ens Cambyses, veritus suorum mutuam depastionem, intermissa adversus Aethiopes expeditione, retro rediit, Thebasque pervenit, multis de exercitu amissis. Et quum e Thebis descendisset Memphin, Graecos missos fecit, ut illinc abnavigarent. Et expeditio quidem adversus Aethiopes ita cessit.

26. Copiae autem quae adversus Ammonios missae erant, e Thebis moventes, itineris duces sequebantur: ac visaे sunt usque ad urbem Oasin pervenisse, quam incolunt Samii ii, qui feruntur e tribu Aeschironia esse, septem dierum per arenas itinere distantem Thebis: quae regio vocatur lingua Graeca μακάρων νῆσος, *beatorum insula*. in hunc locum dicitur pervenisse exercitus. Deinceps quid de cœctum sit, praeter ipsos Ammonios et eos qui ab his audierunt, nulli alii habent

γον. πυθόμενος δὲ ταῦτα ὁ Καρβύσης,  
δείσας τὴν ἀλληλοφαγίην, ἀπεὶς τὸν ἐπ’  
